HIERONYMUS. PAULINUS NOLANUS. IUSTUS URGELLENSIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. (Bl. 1-48 und 120-135) und 10. Jh. Seite 7r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Mane una sabbati eam iuxta sepulchrū flere;
una sabbati dies dominica intellegenda ē.
quia omnis ebdomada in sabbatum & in primā
& secundam. & tertiā. & quartā. & quintam.
& sextam sabbati diuiditur. quā & hnici
idolorum & elementorum nominibus appellant;
Deniq: & apls collectā pecuniae quae indigenti
bus praeparatur In una sabbati precipit con
gregandam; Nec putandum ē. matheum
& iohannem diuersa sensisse. sed unum atq: idem
tempus mediae noctis & gallorum cantus diuer
sis appellasse nominib; ; Mattheus enim
scribit uespere sabbati. idest sero. Ñ incipiente
nocte sed iam profunda & magna ex parte trans
acta. Apparuisse dnm maria magdalenae
& apparuisse uespere sabbati in luciscentis In
unam sabbati seipsum Interpretans quid dixiss &
uespere sabbati. idest ad propinquante Iam luce
sequentis diei. & iohannem non absolute dixisse.
Una autē sabbati. uenit maria magdalenae
mane ad sepulchrum. sed addidisse cum adhuc
essent tenebrae; Eiusdem igitur atq: unius
temporis. Idest mediae noctis & gallorum
cantus alterum finem alterius dixisse principiū;
Mihiq: uidetur euangelista mattheus. qui euan